

Cardinales Diaconi

- Alexander VI. Marcus tituli sanctæ Mariæ in via lata, Cornelius . . . Venetus
- 125* Leo X. Innocentius tituli sanctæ Mariæ in Domnica, Cibo . . . Januensis
- Franciotus tituli sanctæ Mariæ in Cosmedin, de Ursinis . . Romanus
- Petrus tituli sancti Eustachii, de Cœsis . Romanus
- Alexander tituli sanctorum Sergii et Bachi, de Cæsarinis. Romanus
- Joannes tituli sanctorum Cosmæ et Damiani, de Salviatis. Florentinus
- Nicolaus tituli sanctorum Viti et Marcelli martirum, de Rodulphis . . . Florentinus
- Heracles tituli sanctæ Agathæ, de Ragonibus . . . Bononiensis
- Augustinus tituli sancti Hadriani, de Triultis . . . Mediolanensis
- Franciscus tituli sancti Theodori, Pisanus. Venetus
- numero 38.

*Absentes.**Cardinales Præbyteri.*

- Leo X. Thomas tituli sanctæ Cecilïæ, Eboracensis . . . Anglicus
- Bonifacius tituli sanctorum Nerei et Achilei, Hipporegiensis sive Ivrea . . .
- Thomas tituli sancti Sixti, legatus in Panonia . . . Caietanus
- Matheus tituli sancti Angeli, Salzeburgensis sive Curcensis . Alemannus
- Albertus tituli sancti Petri ad Vincula, Maguntinensis elector Imperii . . . Alemannus
- Erhardus Leodiensis . . . Alemannus

Cardinales Diaconi.

- Leo X. Alfonxus tituli sanctæ Mariæ in Septisolio . . . Portugaliensis

Omnes sunt 45.

Exemplum litterarum illustrissimi Domini ad Clementem septimum Summum Pontificem.

Enarrari pro merito certe non posset, Beatissime Pater, quoniam animi gaudio et lætitia Nos, cunctus Senatus noster universaque hæc civitas exultaret, ubi primum oratoris istius nostri litteris nunciatum est Sanctitatem Vestram a sacrosancto Reverendissimorum Cardinalium cœtu, Christi in terris Vicarium auspicatissime fuisse declaratam. Tam etsi eo supremo munere ob præclarissimas eius ac vere pontificias, quibus cumulate ornata est, animi dotes, antehac ab omnibus dignissima iudicata atque habita sit, quo fit ut minus compertum habeamus utrum plus Beatitudini vestræ, quæ meritissime quidem sublime hoc consecuta est munus, an universæ christianæ Religioni cui talem Pontificem maximum habere contigit gratulandum sit, cum tamen utrique toto cordis nostri affectu, animique reverentia maximopere gratulemur, Nobisque itidem mirum in modum gaudeamus, quando præsertim optatis nostris Dei benignitas adeo feliciter respondit, ut si unum ex omnibus exoptare vellemus ad istam altissimam dignitatem promovendum qui cum Sanctitate Vestra conferri posset non haberemus, et id multis quidem rationibus quibus semper illustri Medices familiæ indissolubili amoris ac fere necessitudinis nexu mutuo ac libentissime devincti sumus. Deum Optimum Maximum itaque enixe præcamur ut tali auspicio summa hæc dignitas Sanctitati Vestræ delata sit, ut redactis per eam in tranquillum bellorum fluctuationibus quibus christiana respublica adeo agitur, paceque orbi restituta, de universa christiana religione, auspice Christo, cui nihil in terris Sanctitate Vestræ est proprius quam optime valeat promoveri. Ad hæc est ut Sanctitati Vestræ etiam atque etiam humillime supplicemus, dignetur nos nostrumque Senatum eiusdem perpetuo observantissimum deditissimumque et suo favore eoque amore amplecti, quo et nos freti summa eius bonitate atque explorata erga nos benivolentia futurum plane confidimus et speramus. Postremo